

Tertia in discretionis vocabulo speciem aquarum et terre.  
Quarto luminaria coeli.  
Quinta animantia ex aquis.  
Sexta animantia ex terra, et hominem quem appellauit  
Adam.  
Adam anno cxxx. genuit Seth, qui post Abel natus est,  
a quo filij dei.  
Seth anno cii. genuit Enos, qui coepit inuocare nomen  
domini.  
Enos anno xc. genuit Cainan.  
Cainan anno lxx. genuit Malechel, qui interpetratur  
plantatio domini.  
Malechel anno lxii. genuit Jareth.  
Jareth anno CLXII. genuit Enoch. Hunc Enoch nonul-  
la diuina scripsisse Iuda apostolo attestante conperimus.  
Enoch anno LXV. genuit Matusalem, post cuius ortum  
translatus est a domino.  
Matusalem anno CLXXXVII. genuit Lamech. Cigan-  
tes nati sunt, et concupiscunt filij dei filias hominum.  
Lamech anno CLXXXII. genuit Noe qui arcam aedifi-  
cavit.  
Noe anno DCI. uenit diluvium. Sunt autem  
ab Adam usque ad cataclismum anni MDCLIII.  
Secunda oetas continet annos cc.

S. Anna  
atq.

